



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 72. Innocentii X. gesta in Pontificatu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Sæc. XVII. simo, Mense octavo, postquam Pontif.
A. C. 1655. catum gesserat, annos decem, Menis
tres, dies viginti tres.

§. LXXII.

Innocentii X. gesta in Pontificatu

Hic idem Innocentius Pontificium honorem, ac Ecclesiæ libertatem firmam testamque constantissime tenuit. ea enim, qua supra ætatem, gentisque suæ indolem præditus erat, animi frumentidine, ac constantia, minime regum ac Principum potentissimorum Majestatem aut potentiam verebatur. si Apostolicæ Sedis auctoritatem, Ecclesiæ decus labefactari cerneret. experti fuere Lusitani, æque ac Hispani Proceres, qui Apostolicos Oratores ludibriis affecerant: Vindicaverunt etiam læsam in Electore Trevirensi immunitatem, necnon violata per pacem Monasterensem jura sacra, & Religionis Catholicæ libertatem: Eandem priter animi magnitudinem monstrauit, dum incassum reclamante Au Gallica, Baupii Clerici causam suo tribunal reservaverat, & iniquissimam Christophori Castrensis Episcopi necessicariorum anathemate, ac supplicio urbisque excidio ulciscebatur. Et insuper acerrimus æquitatis vindicta-

cujus studio mortis sententiam adver- Sæc. XVII.
sus Mascanbrunum, aliosque de cor- A.C. 1655.
rupta justitia convictos pronuntiabat:

Hanc tamen severitatem mira tempera-
bat clementia, qua innoxios cognita
eorum innocentia absolvit, amplissimis-
que favoribus cumulavit: nec minus
erat munificus erga populum Roma-
num, cuius inopiam ex Tyberis elu-
vione enatam frumento maximis sum-
ptibus asportato sublevabat, ipsusque,
ne pistorum fraudibus quicquam de an-
nona pauperibus subtraheretur, semel
iterumque Urbis compita pertransiens,
venalis panis pondus suis met oculis ex-
plorabat, urbemque fontibus in Vati-
cano, & in Agonali foro erectis, & Ca-
pitolum ædibus magnificentissime in-
structis augebat: His omni jure adden-
da sunt, quæ ad Divini honoris incre-
mentum liberaliter perfecerat; quippe
Vaticanam Basilicam, Lateranensem
Ecclesiam, necnon SS. Pauli & Mar-
tini Templa partim ornata splendidiore,
partim novis ædificiis instauravit, au-
gustioraque reddidit; magnis etiam ex-
pensis Divæ Agnetis Templum erexit,
ditavitque: suam quoque beneficentiam
erga ipsos etiam miseros carceribus ob-
strictos exercuit, dum in urbe novos,
commodioresque extrui curavit; pau-
peribus quoque, & peregrinis per vias

O 2

ipſi

Sæc. XVII. ipsi obviis large eleemosynas distribuit
A.C. 1655. suoque exemplo plurimos Romanos

Principes & Nobiles ad eadem pietatis officia excitavit: Nil vero pejus odore Vir pacificus, quam tumultus & bellum quocirca finitimos Italiæ Principes & arma proclives componere, & Neapolitanos tumultus compescere, totis tribus adlaboravit, & quamvis eo tempore ob populi, Procerumque professionem Neapolitanum Regnum nullferme negotio imperio Ecclesiastico situere potuisset, posthabito tam privatæ utilitatis studio publicam tristillitatem promovere maluit: ardenter etiam Zelo semper Orthodoxie Religionis augmentum quærere vixit, unde & Venetis, Melitensibus Polonis arma, & aurum, triremes milites submisit, quibus non semel Tucarum classis cladibus affecta, Crete sibus & Dalmatis infesta esse desiit: Hibernos quoque & Anglos ab Hæreticis oppressos non modo missis Legatis, sed etiam copiis ac pecuniis largiter adjuvare studuit, ac prorsus egregie fiduciaritatem ab Arnaldi commentis, Jansenii erroribus vindicavit, immrito igitur Joannes Hübner ait: *Incentium X. non corde sed ore tenus Janjoni propositiones damnasse, quibus autem perspiciliis hic Acatholicus Scriptor in ipsa*

ipsa cogitationum & intentionum cor-Sæc. XVII.
dis Pontificii penetrarit, nullo inditio A. C. 1655.
aut argumento prodidit: attamen ejus-
modi maledicis hominibus sufficit ma-
culas labesque aspersisse Romanis Pon-
tificibus, etli præter calumniandi licen-
tiam omni alio careant fundamento,
veritatisque specie: minime tamen dif-
fitemur, quod hujus ceteroquin dignis-
simi Pontificis existimationi haud pa-
rum nocuerit Olympia Maldachina fra-
tris sui uxor, quam cum nimis posse
passus esset, atque ex illius favore quæ-
dam beneficia conferret, necnon in
in Politico regimine ex ejus consilio
multa disponeret, inde calumniarum
argumentum apud gentem aliunde su-
spicirosam in urbe, quam *suspiciosissimam Orat. pro*
& maledicentissimam jam tum Cicero ap-
Flacco.
pellitabat, non satis caute prudenter-
que declinasse visus est: quod autem
fenex hic Papa Olympiæ amori minus
casto sese dicarit, id nonnisi ab invidis
vulgi rumoribus, infamibus Italorum
vindicta ardantium & ne ipfi quidem
Deo Sanctisque parcentium libellis,
carminibusque & hæreticorum men-
daciis ortum traxit; id tamen omnino
certum est, quod Pontifex de Olympiæ
avaritia, & populi rumoribus cer-
tior factus, illam aula exulare jussit,
nec deinceps eidem negotiorum par-

O 3

tem,

Sæc. XVII. tem, ac Regiminis auctoritatem con-
A. C. 1655. tulerit.

§. LXXIII.

*Comitia sacra pro electione novi Po-
tificis.*

*Conclave de
Pontif. Rom.
Erberman.
de elect.
Alex. VII.*

Viduata suo Pastore Sedes Apostolica
languebat; sedulo igitur de non
Papa eligendo agebatur a Cardinalibus
qui justis de more Innocentio X. per-
litis die decima octava Januarii numeri
sexaginta duo conclave ingressi sunt
quibus alii quatuor diebus subsequen-
tibus accessere: Priusquam scrutinio
daretur initium, viginti duo Cardinals
se mutuo societate ac foedere jun-
ravit, ac unanimiter Pontificem cer-
ris digniorem expetierant, propterea
quibusdam maledicis *agmen volans* ap-
pellati. Hi in Julium Sacchetum co-
spirabant, cum vero Barberinos Car-
nales Jacobo Corrado favere crederent
& de Hispanorum accessione dubia-
rent, hinc suam propensionem occu-
pare decreverant, donec ipsi deferre-
scente ceterorum animositate, ac con-
clavis diuturnitate fractis animis ad
buc integri certam victoriam sibi po-
liceri valerent. Vespere diei decimi
nonae Mensis Februarii facta suffragio-
rum scrutatione inter plures dispersi